



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Res à S. Ignatio Loiola Societatis Iesv Parente Gestæ

Ribadeneyra, Pedro de

Coloniae, 1622

Olympiam Norinam ab ophthalmia & feбри. 224

urn:nbn:de:hbz:466:1-44900

223 Drusilla etiam Torfellina, nobili loco fœmina, in febris gra- uiter laborabat; quã capitis haud exigui dolores infestiorẽm reddiderant. Multis consilijs ad frangendam morbi pertinaciam infeliciter adhibitis, animaduersum est, mali vim prolixius interim crescere. Visum igitur, fronti cineres I G N A T I A N O S imponere. Nec fefellit euentus; & ægra ex inualetudine mox respirauit.

224 Aliam ingens oculorum insolensque dolor inuaserat, quæ Olympia Norina dicebatur. Iam aciem omnem vis morbi corruerat; cum ægram cõtina trium mensium febris excepit; quam ipsam deinde capitis dolores auxere tanti, vt omnem ægræ quietem inuiderent. Huic tali autographum I G N A T I I, quod suum ille nomen expresserat, affertur; & quo tempore impatientius

GIU-

cruciabatur, fronti oculisque applicatur. Ecce tibi! continuo & fœmina videre, & febris remittere, & dolores cepere omnes elanguescere.

225 Eadem euenta Hieronymus habuit Gabriellus, puer ibidem nobilis ac tener: cui cum febrium æstus, & lateris dolores atrociter insultarent, vix aliquid reliquere, quod salutem ægro promitteret: Tamen & hunc IGNATII nomen ab interitu morboque vindicauit, anno CIO. ID. XCVII.

226 Proximo post biennio Ioanna Ursina, puella etiam dum lactens, periculose tussiebat: neque iam lac ducere, neque a deo quibat animam recipere: cum Cornelia puellæ mater, princeps fœmina, maturauit IGNATIO infantis valetudinem commendare; precata, ne qua rei mora esset, quo planius omnes, ab IGNATIO adiutam

adi
pue
mic
secu
tuff
dirc
Fixa
sep
cep
2
Rug
stre
bat
nus
aur
cor
cun
imn
riur
ac p
uiff
dat
22
iun